



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 28. Commendonus tanquam Sedis Apostolicæ Nuntius in Poloniam
decretus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

§. XXVIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1536.*Commendonus tanquam Sedis Apo-
stolicæ Nuntius in Poloniæ
decretus.*

Sub idem tempus Joannes Franciscus *Pallav. n.3.*
Gratian.
 Commendonus Venetiis Tridentum *vie de Com-*
 venit, accitus a Synodi Legatis: cum *mend.l.2.c.6.*
 autem Pontifici nuntiatum esset, quod
 tumultus in Polonia indies magis au-
 gerentur, ac timendum foret, ne hære-
 torum factio prævaleret, ac primi hi
 seditionis motus, utpote semper magis
 violenti, magnam in hoc regno muta-
 tionem inducerent, hinc Commendo-
 num tanquam Papæ Nuntium in Polo-
 niæ ire jussit, præcepitque, ut Lega-
 tionis suæ mandata acciperet ab Osio
 Cardinale Varmiensi Episcopo, ac Sy-
 nodi Legato, qui etiam summo Ponti-
 fici author exstitit, ut hunc Nuntium
 omni celeritate eo decerneret, quate-
 nus comitiis Varsoviæ celebrandis in-
 teresse, ac quantum in ipso foret, sua
 præsentia præpedire posset, ne in hoc
 Regno fides orthodoxa depravaretur,
 sed potius Ordo Ecclesiasticus, qui in
 Senatu, ac Poloniæ comitiis primum
 honoris gradum obtinet, contra hære-
 torum furorem, & Novatorum vio-
 lentiam defenderetur, præcipue au-
 tem Religionis caussa propugnaretur;
 ergo

Sæcul. XVI ergo Commendonus Mense Novembri
A.C. 1563. profectus Varsoviam opportuno tempo-
 re venit, omni ea celeritate usus, quam
 ei tempestatis iniquitas, atque itine-
 rum asperitas indulserant. Hunc Rex
 cum omni benevolentia, atque amici-
 tia, qua majorem expectare haud pote-
 rat, excipiebat, atque in tanto prelio
 hujus Nuntii modestiam, honestatem, ac
 ingenii aciem habebat, ut, quamvis ple-
 rumque pravis suis affectibus, ac vo-
 luptatibus cedere assuetus esset, sem-
 per tamen Commendoni virtutem plu-
 rimum admiraretur, ac nunquam de-
 bitam ei venerationem, ac reverentiam
 exhibere omitteret: Verum hujus Le-
 gationis successum postea referemus.

§. XXIX.

*Vicecomes a Papa Romam able-
 gatus.*

Pallav. n.4. Eodem tempore, quo Commendonus
E. 5. Tridentum venerat, inde Vicecomes
Vic/cont. lett. Ventimiliensis Episcopus discessit non
du 6. Sept. quidem, ut Cardinalem Lotharingium
tom. 2. p. 33. Romam comitaretur, prout antea de-
 creverat Pontifex, sed ut ad Hispaniæ
 Aulam contenderet: cum autem Ro-
 mam versus iter suum instituere cog-
 retur, Cardinalem prævenerat, ut de
 præsenti Concilii statu Pontificem certio-
 rem reddere, ac proin eundem ma-

gis